

Causa belli secularitatum fuit Monasterium S. Gorgonii Gorzient. & in Collegiatam Ecclesiam cum Abbatia seculari erectum.

paribus, divina dispositione constituti, votis illis, per quae dignitatum quarumlibet utilitatibus, & commodis consulitur, libenter annuimus, & in his pastoralis officii partes, etiam per unionis aliarum dignitatum ministerium impendimus, prout locorum, temporum, & personarum qualitibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Henrici Lotharingiae, & Barri Ducis, & Caroli a Lotharingia Clerici Tullen. Diocesis petito continebat, quod dudum Monasterium Sancti Gorgonii loci Gorzient. Ordinis Sancti Benedicti Meten., seu nullius Diocesis exorto in illis partibus inter potentissimos Principes Bello, seu militari incendio ad fundamenta usque conflagravit, & ea potissimum occasione Monasterium ipsum, auctoritate apostolica, perpetuo suppressum, & extinctum, illiusque Ecclesia in seculari, & Collegiatam cum una Abbatia, unoque Decanatu, ac nonnullis Canonicatibus, & Praebendis, etiam secularibus certis modo, & forma tunc expressis eadem auctoritate erecta fuit, dictaque Abbatia in huiusmodi erectione omnia, & singula proprietates, bona, iura, jurisdictiones, & emolumenta ad mensam Abbatialem dicti Monasterii ante suppressionem, & extinctionem huiusmodi spectantia in dotem a mensa Capitulari dictae Collegiatae Ecclesiae separatam, & distinctam accepit, & ad praesens ultra praedictum locum de Gorzient. seu circiter alia loca Territoriorum continua, & conjuncta sub sua jurisdictione temporalis possidet.

Sed cum ingruentibus bellis periculum sit, ne maiora damna etiam spiritualia illius subditi patiantur.

§. 2. Saepo vero dum bellici tumultus in illis, vel aliis ibi proximis partibus excitantur, copiae militares, ad ipsa loca, uti jurisdictioni personae ecclesiasticae subiecta divertere, & non solum in eorum habitatores saevire, eosque bonis, & facultatibus spoliare, ac rapinas, & caedes, aliaque maleficia perpetrare, sed etiam plerumque ipsa loca, & aedificia incendiis, & ruinis misere vastare, & destruere, dictaque Abbatia in bonis, & redditibus suis gravia damna, & detrimenta asserere solent; & annis proxime elapsis repentino quodam ingruente Bello, dilecti filii Incolae, & habitatores dictorum locorum direptionem timentes, fuga cum Uxoribus, & liberis suis arrepta, Domos, & bona saevitia militari exposita, miserabili spectaculo relinquere coacti fuerunt, & Abbas dictae Collegiatae Ecclesiae pro tempore existens haec mala, & inconvenientia nec propriis viribus repellere, nec illis absque ope, & auxilio potentis alicujus Principis occurrere possit, ac incolae, & habitatores praedicti omnem salutis suae rationem adversus calamitates bellicas huiusmodi in ope aliena positam esse videntes, facile alicujus Principis, in cujus Dominii haereditas toleretur, subsidium, etiam ipso Abbate invito, implorabunt, & se illi, ipsaque loca tutanda committent, & si id eveniet, dubium non est,

quin ipsius haereditas in dicta loca penetrare, & inde in Barri, in quo illa inclusa sunt, & qui illis proximus est, Lotharingiae Ducatus magno religionis catholicae damno, & salutis animarum periculo sese diffundere debeant, & nihil Collegiatae Ecclesiae, & Abbatiae, ac locis praedictis in hoc misero eorum statu magis expedire videtur, quam illis auxilium ejus Principis conciliare, cui pro conservatione jurium suorum injurias, Bella, & militares direptiones a dictis locis arceri, & eorum incolas in avita Religione Catholica manuteneere necesse futurum sit;

§. 3. In oppido vero Nancy Tullen. Diocesis, quod residentia Ducum Lotharingiae, Procerum, & Magnatum, ac aliorum nobilium illius Provinciae personarum concursu, Populique frequentia celeberrimum est, una insignis Collegiatae Ecclesiae sub invocatione, & ad honorem Deiparae Virginis alias a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro erecta, & Sedi Apostolicae immediate subiecta, & ad hunc usque Sedi Ap. subiecta nonnullaque privilegia;

In Oppido vero de Nancy Collegata Ecclesia Beatae Mariae Virginis sit immediate Sedi Ap. subiecta nonnullaque privilegia;

Henricus Lotharingiae Dux petiit d. S. Gorgonii Collegiatam primatui Ecclesiae B. M. V. de Nancy uniri.

Pontifex Officiali Meten. facultatem concedit ad huiusmodi unionem deveniendi.

intuitu, & contemplatione Jurispatronatus, quod illi in dicto Primatu competit, defensionem bonorum, & jurium dictae Abbatiae tamquam ad ipsum Primatum beneficio unionis huiusmodi spectantium libenter suscepturus, ac devastationem, & direptiones militares a dictis locis pro viribus propulsaturus, ipsaque loca imposterum ab eisdem devastationibus, & reparationibus, direptionibus, aliisque Bellorum injuriis praesertim a laeae haereditis, protectione, & ope dicti Henrici Ducis tuta futura, nec inde divini cultus in dicta Ecclesia Sancti Gorgonii, apud quam illius Abbas pro tempore existens ex defectu habitationis nudam profus residentiam haecum facere consuevit, aliquod detrimentum passurus sit.

§. 4. Quare pro parte Henrici Ducis, eo qui, ut asseritur, praedictam Abbatiam obtinet, & dilecto filio Antonio de Lenoncourt moderno Primati dictae Ecclesiae Deiparae Virginis Coadjutor perpetuus, & irrevocabilis in regimine, & administratione dicti primatus cum futura in eodem successione, apostolica auctoritate deputatus reperitur, Caroli praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus Abbatiam huiusmodi, dicto primati unire, annectere, & incorporare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§. 5. Nos igitur qui dudum inter alia volumus, statuimus, & ordinavimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, teneri exprimerem verum annuum valorem secundum communem estimationem, tam Beneficii uniendo, quam illius, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, certam de praemissis notitiam non habentes, ac Henricum Ducem, & Carolum praedictos, eorumque singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon aliarum unionum, & applicationum dicto Primati haecum quomodolibet factarum tenores, praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae praesentes committimus, & mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, de praemissis omnibus, & singulis, horumque circumstantiis universis, auctoritate nostra te diligenter informes, & si per Informationem eandem ita esse repereris, Abbatiam praedictam, cujus, & illi forsitan annexi fructus, redditus, & proventus ad mille quingentos florenos auri in libris Camerae Apostolicae taxati reperiantur, cum primam illam per cessum etiam ex causa permutationis, etiam in manibus Romani Pontificis pro tempore existens, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, seu amissionem, seu Matrimonii contractum praedicti Caroli, seu, &

Religionis ingressum, etiam apud Sedem Apostolicam, & in aliquo ex mensibus Nobis, & eidem Romano Pontifici pro tempore existenti, Sedi quae praedicta per quascumque Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariae Apostolicae Regulas editas, & edendas, nunc, & pro tempore reservatis, aut Ordinariis Collatoribus, etiam per eadem, vel quavis alias Constitutiones Apostolicas, aut Regulas, seu literas alternatarum, vel alia privilegia, & Indulta concessis haecum, & imposterum concedendis, aut Jure Ordinario, vel aliis competentibus, & competitoribus vacare contigerit, etiam si actu nunc praemissis, aut alio quovis modo, & ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Caroli, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Testibus sponte factis, aut Constitutionem fel. re. Joannis Papae XXII. praedecessoris, quae incipit: *Execrabilis*, aut assignationem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus Collatio juxta Lateranen. statuta Concilii, ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipsaque Abbatia dispositioni Apostolicae specialiter, vel generaliter reservata existat, & ad illam consueverit quis per electionem assumi, eique cura Jurisdictionalis imminere animarum, & super ea inter aliquos, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisum, cum annexis huiusmodi, ac Juribus etiam Beneficia Ecclesiastica, non tamen Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti quomodolibet reservata, vel affecta, conferendi, & personas idoneas ad ea, cessantibus etiam reservationibus, & affectionibus apostolicis, praesentandi, vel nominandi, Jurisdictionibus, bonis, proprietatibus, & pertinentiis suis universis, dummodo tamen deinceps perpetuis futuris temporibus de eodem Primatu, occurrente illius vacatione, primo tamquam libera collationis, & deinde ad praesentationem Ducis pro tempore existens praedicti, & sic in perpetuum alternis vicibus per Romanos Pontifices Clerico tantum, seu Presbytero capaci, & idoneo, qui vere, & non ficto in loco, Dominio temporali eiusdem Ducis subdito oriundus sit, provideri, ac in singulis provisionibus huiusmodi de alternativa provisionis sic, ut praesertur, faciendae, specialis, seu specifica, & expressa mentio fieri debeat, alias provisiones in contrarium facien. nullius sint roboris, & momenti, nec etiam coloratum titulum possidendi illis, quibus factae fuerint, tribuere possint. Ita quod liceat dicti Primatus possessori pro tempore existenti, corporalem, realem, & actualem illorum omnium possessionem per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dicti Primatus nomine, propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, Jura, obventiones, & emolumenta ex eis provenientia quaecumque percipere, exigere, levare, recupera-

Quod si fecerit, ratum habet, praesensque literas perpetuum vigorem vult habere.

re, administrare, locare, & arrendare, ac in suos, necnon Primatus, & Abbatia praedictorum usus, & utilitatem convertere, Dioecessani loci, vel cuiusvis alterius, licentia desuper minime requisita, cum hoc tamen, quod ipsi Primates nunc, & pro tempore existentes apud dictam Ecclesiam Deiparae Virginis solummodo residentiam facere teneantur, auctoritate nostra perpetuo unias, annectas, & incorpores.

§. 6. Nos enim si unionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi per Te vigore earumdem praesentium fieri contigerit ut praefertur, easdem praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, seu alios Romanos Pontifices successores nostros sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine pro tempore quomodolibet factis minime comprehendendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data per dictum Henricum Ducem, & successores suos Lotharingae Duces pro tempore existentes quodcumque eligenda concessas, ac semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum, perpetuo, firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri; Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, & si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contrigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Quibuscumque non obstantibus.

§. 7. Non obstantibus prioribus voluntate, statuto, & Ordinatione Nostris praedictis, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac dictarum Collegiarum Ecclesiarum Iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis iuritate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis, illis, illorumque Capitulis, Canonice, aliisque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & po-

testatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, ac alias in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Primo, Sextodecimo Kalen. Octobris, Pontificatus Nostris Anno Primo.

Dat. die 16. Sept. 1621. An. I.

XXXII.

Pampilonensis Universitatis Erektioni ceterarum Universitatum privilegia conceduntur.

Ex Regest. in Secret. Breve.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Celestis Patris providentia ad summi Apostolatus apicem evecti tamquam de excelso monte ad ima agrum irrigui militantis Ecclesiae nostrum dirigentes intuitum, ac considerantes, quod per literarum studia ad bene, beateque vivendum via praebetur, adeptaque scientiarum cognitione iustitia collitur, suum cuique tribuitur, ac belli, & pacis tempore, Domi, forisque, res aequitate geruntur, ac omnis humanae conditionis prosperitas augetur, fides, atque Religio propagatur, & Divini nominis cultus protenditur, ad ea, per quae studia ipsa florere valeant libenter intendimus, & in his Apostolicae providentiae partes conferimus, prout Catholicorum Regum vota exposcunt, & Nos locorum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Sane carissimus in Christo filius Noster Philippus IV. Hispaniarum Rex Catholicus, Suo, & dilectorum filiorum Syndicorum, & Deputatorum Regni Navarrae nominibus Nobis nuper exponi fecit, quod cum aliquot iam ante annos Deputati, & Syndici dicti Regni Navarrae, gloriose memoriae Principi Philippo III. Hispaniarum Regi Catholico totius Regni nomine exposuissent, quod licet Regnum illud florentissimum, illiusque incolae in literarum studia, & scientiarum cognitionem propensissimi essent, quia tamen nullum in eo aderat studium generale, in quo scientiarum omnium lectiones haberentur, quam plurimi praesent-

Proceres Regni Navarrae Philippo III. supplicante pro erektione studii generalis Pampilonae.

Rex Pro Regi dati in mandatis, locum opportunum seligit.

Pro-Rex Pampilonam seligit.

Philippus Rex suis Commis-

stantissimorum ingeniorum adolescentes, praecipue pauperes, & virorum tenuioris fortunae filii, gustato humanarum literarum, & disciplinarum fructu, & de his iam benemeriti ad graviora Philosophiae juris prudentiae, Theologiae, & Medicinae studia aspirantes, deficientibus eis facultatibus, ad remotas Universitates, in quibus harum scientiarum doctrinae incumbitur, studiis vacandi gratia se conferre non valentes, pedem sistere, & in obscuro, & tenebris jacere cogebantur, proindeque ab eodem Philippo III. Rege in Civitate Pampilonae, unam studii generalis Universitatem institui, supplices petiissent.

§. 2. Idem Philippus III. Rex, etsi honorificis illis subditorum suorum votis, Regio animo gratulabatur, teque ea in requam, & ipse, pro eo, quod Regna, & Dominia omnia temporalia suo dominio, & gubernio summa cum potestate subiecta, eorumque incolae amore prosequeretur, summo desiderio desiderabat, facile exorari passurus esset, nihilominus tamen quia ad felicem huius rei successum, loci selectum non parum conducere arbitrabatur, suo tunc in dicto Regno Proregi, & Capitaneo generali, atque Consiliariis commisit, ut cum assistentia sui Procuratoris fiscalis, & Patrimonialis eiusdem Regni, & cum de loci opportunitate, aliisque ad statum Universitatis stabilendum requisitis referrent.

§. 3. Quorum relatione cum accessisset, Civitatem Pampilonam, utpote amplissimam, & in medio Regni sitam, opportunissimum locum, ubi talis Universitas fundari posset, jamque pro illius fundatione, tum ab universo Regno, tum a particularibus personis duodecim mille ducatos huius fundationis principio inservituros oblatos fuisse, & quondam Martinum de Abaurrea suo Testamento. Conventui Fratrum Ordinis Sancti Dominici dictae Civitatis sex mille ducatos ea conditione reliquisset, ut si in dicta Civitate Universitas institueretur, duas Cathedras, seu lectiones, Artium nempe unam, & Theologiae alteram, facere tenerentur, ipsamque Civitatem, eo opportuniorem esse, quod in ea iam adesset unum Collegium Religiosorum Societatis Iesu, in quo idem Religiosi pro laudabili eorum Instituto juventutem humaniores literas, & disciplinas edocebant, a quingentis, & amplius scholaribus continuo frequentatum, atque relationi praesenti Pro-Rex, & Consiliariis quaedam Capitula, seu Statuta, & Constitutiones ab eis exarata, quae in ipso institutionis dictae Universitatis primordio rerum, & temporum, atque etiam loci qualitatibus pensatis, proponenda, & observanda iudicaverant, modum legendi, docendi, scholas frequentandi, gradus conferendi, & recipiendi salaria, & iura solvendi, & alia felix Regimen, & gubernium futurae Universitatis concernentia adiunxissent, illaque ad eundem Philippum III. Regem transmississent.

§. 4. Praedictus Philippus Rex III. illis accurate perspectis, & proinde consideratis

quantum ex literarum studiis Catholicae fides, tenebrosa ignorantiae caligine expulsa, augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscat, iustitia colatur, reliquaeque virtutes illustrentur, ac bene beateque vivendi via pareatur, ut praedicti sui Regni adolescentes adepta humanarum literarum cognitione, ad excessum doctrinae fastigium aspirantes eo facilius illud attingere possent, quo praesentior habere studentium commoditatem, praedictis Deputatis, & Syndicis unam Universitatem studii generalis, in quo Philosophiae, ius Civile, & Canonicum, ac Medicina, & Theologia docerentur, & in qua Capitula, Statuta, & Constitutiones antedictae, quae etiam ipse confirmavit, observarentur, in dicta Civitate instituendi facultatem concessit, seque, ac successores suos Hispaniarum Reges Catholicos illius Patronos, & Protectores constituit, illaque sub sua, & eorum Regia protectione suscepit, in illius vero Cancellarium Episcopum Pampilonensem tunc, & pro tempore existentem deputavit.

facris mandatis, studium generale ibi erigant.

§. 5. Ipsique Universitati, illiusque Cancellario, Lectoribus, Doctoribus, Graduatis, Scholaribus, Ministris, & aliis personis omnia privilegia, libertates, & exemptiones, immunitates, & gratias, quibuscumque Universitatibus studiorum generalium Regnorum Hispaniae tam per ipsum, quam per ejus Praedecessores Reges concessa attribuit, cum hoc tamen quod Doctores, Lectores, Graduati, Scholares, Ministri, & aliae dictae Universitatis personae praetextu privilegiorum huiusmodi, seu quia in ipsa Universitate matriculati essent, proprium forum, & in eorum iudicio, competentium jurisdictionem declinare non poterunt, sed illis non obstantibus suis legitimis superioribus Clerici, & Presbyteri, nempe Ordinario, loci, & Ecclesiasticis, loci vero secularibus, & laicis, iudicibus subiecti remanerent, & alias, prout in eisdem Diplomate Regio plenius continetur.

Nonnullaque eidem concessa privilegia.

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subungebat dictus Philippus IV. Rex cui probe innotescit, quod Philippus III. Rex ejus Genitor non multo ab hinc tempore rebus humanis exemptus, praedictam Universitatem apostolica auctoritate erigi desiderabat, jamque desuper felicis recor. Paulo Papa Quinto Praedecessori Nostris scripserat, huiusce charissimi sui Genitoris, qui, & praedicto Diplomate Regio, & ipsi ejus filio praedictam Universitatem commendavit, intencionis conscius, & per ejus vestigia incedere intendens, ut quod ipse jam animo conceperat, & morte praeventus tempore assequi non potuerat, ipso ejus filio, quasi in ipso suscepti haereditariorum Regnorum, & Dominiorum gubernaculi principio procurante nostris auspiciis ad effectum perducatur, plurimum cupiat perpetuam Universitatem, per Nos, ut infra erigi; Quare pro parte dicti Philippi IV. Regis nominibus praedictis Nobis fuit humiliter sup-

Philippus IV. praedicta omnia auctoritate apostolica petiti confirmari.

Iterum erigit
Universitatē
Gregorius.

supplicatum, quatenus in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 7. Nos igitur, quibus nihil magis cordi est, quam, ut temporibus nostris literarum studia florescant, prædictum Philippum Quartum Regem, & dictorum Syndicorum, & Deputatorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum, ferie absolventes, & absolutos fore censentes, ex voto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, in prædicta Civitate Pampilonen. Universitatem studii generalis, in qua Philosophia, Medicina, jus Civile, & Canonicum, atque Theologia doceantur, & in his facultatibus publice lectiones habeantur, & cujus Cancellarius sit, & esse debeat venerabilis frater noster modernus, & pro tempore existens Episcopus Pampilonen., qui in casu absentie, aut impedimenti unum ex Canonicis professoribus Ecclesie Pampilonensis in Vice-Cancellario deputare possit, apostolica auctoritate, ad instar Salamantin., Compluten., & aliarum Hispanie Universitatum sine alicujus præjudicio, perpetuo erigimus, & instituiamus.

Illique ceterarum Universitatum privilegia largiuntur.

§. 8. Illique sic erecta, & instituta, ac eius pro tempore existentibus Cancellario, Vice-Cancellario, Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Graduatibus, Scholaribus, Bedellis, Nunciis, & aliis Officialibus, ac personis, nec non membris, & subditis, quod omnibus, & singulis indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, honoribus, ac præminentibus Salamanticen., & Compluten., ac quibus aliis Hispanie Universitatis prædictis, illarumque pro tempore existentibus Cancellariis, Vice-Cancellariis, Lectoribus, Magistris, Doctoribus, Præceptoribus, Graduatibus, Scholaribus, Procuratoribus Bedellis, Nunciis, aliisque officialibus, ac personis, nec non membris, & subditis in genere, & specie, tam apostolica, quam Imperiali, & Regia auctoritatibus, aut aliis quomodolibet concessis, seu legitime præscriptis, aut in posterum concedendis, ac quibus illa, & illa utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum cum hoc, quod prætextu privilegiorum hujusmodi, seu quia in ipsa universitate matriculati fuerint, proprium forum, & eorum Judicum competentium jurisdictionem declinare non possint, sed illis non obstantibus suis legitimis superioribus Clerici, & Presbyteri, nempe Ordinario, & Ecclesiasticis, Laici vero secularibus, & laicis Judicibus subiecti remaneant, uti, potiri, & gaudere, necnon iis, qui in prædicta, atque etiam iis, qui in quavis alia Universitate disciplinis, & facultatibus prædictis stu-

dere inceperint, ut studia sua in ea continuare, & qui in Universitate per præsentem erecta hujusmodi per tempus debitum studuisse, & in scientia, ac moribus idonei comperti fuerint in Artibus, & medicina, Philosophia, Theologia, nec non iuribus, & facultatibus prædictis Baccalaureatus, etiam formati, & licentiatum, nec non Doctoratus, & Magisterii, & quovis alios ipsius Universitatis solitos gradus earum scientiarum, in quibus studuerint a Cancellario, seu Vice-Cancellario, nec non Rectore, & Doctoribus Universitatis per præsentem erecta, ab his ad quos spectabit, recipere, & ipsorum graduum solita insignia, sibi exhibere facere, & postquam hujusmodi gradus, & illorum insignia susceperint, scientias, in quibus graduati fuerint, docere, & interpretari, ac in eis disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per vos concessis benemeritis facere, & exercere, aliisque omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis quibus alii in Salamantin., & Compluten., ac quibusvis aliis Hispaniarum Universitatibus approbatis juxta illarum constitutiones, & mores promoti de Jure, usu, consuetudine, aut aliis utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, etiam uti, frui, & gaudere possint in omnibus, & per omnia, perinde, ac si gradus hujusmodi in Salamantin., seu Compluten., aut aliis Universitatibus prædictis juxta illarum constitutiones, & consuetudines hujusmodi susceperint, nec non moderno, & pro tempore existenti Episcopo Pampilonen. hujusmodi Universitatis per præsentem erecta futuro Cancellario, ut per se, vel alios, quos ad id duxerit deputandos, ultra prædicta quaecumque alia pro dicta Universitate per præsentem erecta directione, & conservatione, ac Rectorum, Magistrorum, Lectorum, Præceptorum, Bedellorum, Nunciorum, ac aliorum Officialium electione, Scholarium promotione, quaecumque statuta, & ordinationes, licita tamen, & honesta, & Sacris Canonibus, præcipue vero Concilii Tridentini Decretis non contraria, facere, edere, ac pro rerum, temporum, & personarum qualitate, & varietate mutare, corrigere, alterare, reformare, cassare, & alia de novo condere, ac super illorum observatione, quascumque poenas imponere libere, & licite valeant, dicta apostolica auctoritate concedimus, & indulgemus.

§. 9. Decernentes præsentem Literas, etiam ex eo quod interesse habentes, seu prætendentes ad hoc vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, aut quocumque alio prætextu, seu aliis ex quavis causa de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quovis alio defectu, impugnari, invalidari, & ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas quodcumque juris, facti, vel quodvis remedium impetrare non posse, nec sub quibusvis similibus, vel Dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, de-

Clausulas pro presentium literarum firmitate apponit.

Contrariolite.

derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus a Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus quodcumque, & sub quibuscumque tenoribus, & formis pro tempore emanatis, comprehendendi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & cum, in quo antequam emanarent erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacumque, etiam posteriori data, quodcumque eligenda de novo concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula pænales.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque: Volumus autem quod singuli Magistri, Doctores, & Lectores Universitatis per præsentem erecta hujusmodi in principio cujuslibet anni, seu renovatione studiorum facta prius per ipsorum, & eorum quemlibet in manibus ordinarii Catholice Fidei professione juxta articulos a Sede Apostolica propositos, se nihil, quod illi quovis modo repugnet, aut sit contra bonos mores lecturos, docturos, & interpretaturos solemniter juramento se adstringere debeant in hoc quoque idem ordinarius sedulam operam juxta dicti Concilii Decreta adhibere teneatur.

Dat. die 16. Sept. 1621. An.I.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, concessionis, Indulti, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

XXXIII.

Revocatio quarumcumque electionum Judicum Conservatorum hæctenus factarum, & nova de eis, eorumque electionibus in posterum faciendis dispositio

De hac materia vide dispositionem Bonif. VIII. in cap. 11. de rescript. num. 6. & etiam cap. 1. & 15. de Offic. deleg. num. 6. necnon Conc. Trid. sess. 14. c. 5. de ref. & Leonis X. const. & Clem. VIII.

Sacratissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregorius divina providentia Papa XV. ex certis rationabilibus Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

causis animum suum moven., & de voto venerabilium fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partim sel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis inhærendo;

§. 1. Revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit omnes, & quascumque Judicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes, tam in vim literarum conservatoriarum, juxta formam in quinto Cancellariae descriptam, quam in vim quoruncumque privilegiorum perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum, apostolica auctoritate concessorum, seu alius quocumque jure, vel titulo hæctenus factas pro quibuscumque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis, tam secularibus, quam cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumvis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cujusvis qualitatis, seu conditionis existant.

Pont. revocat omnes, & quascumque electiones Conservatorum hæctenus factas.

§. 2. In futurum vero Sanctitas sua hæctenus generaliter, & perpetuo valitura constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatorum hujusmodi, sive principales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in constitutione similis rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris sui, quæ incipit Statutum, ita ut vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut diocesanis juxta Decretum Concilii prædicti, Judices electi, seu designati sint.

Statuit hujusmodi electiones de cetero fieri ut hic.

§. 3. Quodque deinceps Literæ Conservatorie per Sedem Apostolicam concedendæ infra scriptis tantum dirigantur, & si quæ Literæ aliter expediantur, illæ, ac deputationes hujusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

Ac Conservatores aliter eligi vetat.

§. 4. Et nihilominus qui secus, quam juxta formam superius præscriptam Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis, seu deputatis uti ausi fuerint, regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeo ut habilitationem a nemine, præterquam a Romano Pontifice consequi valeant, reliqui vero aliis poenis arbitrio Sanctitatis suæ coercentur, & prædictorum omnium Conventus, Monasteria, ac loca hujusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conservatore ad annum, itaut illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac diffiniri debeant.

Eligentibusque poenas infligit.

§. 5. Ceterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi deligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diocesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta constitutione ejusdem Bonifacii prædecessoris

Confer. in Synodis provincialibus ab Ordinariis certis modo eligi decernit.

C c c con-

Tempus ad
elig. hujusmo-
di. Con. pra-
sunt.

Electio sine
factis in Cu-
ris Ordinatio-
rum in actis
exhiberi man-
dat.

Nec non ele-
ctos infra
quinquennium
mutari prohib-
etur.

Conservato-
rum jurisdic-
tionem decla-
rat.

Controversias
inter Conser-
& Ordinar-
pariter de
cidi jubet.

Confer. &
litigantium
suos limites
excedunt
juxta Bonif. 8.
Confi. pœnas
declarat.

Judices non
suspecti quan-
do a Principi-
bus peti pos-
sint explicat.

contentas, & alioquin ad id aptas designari
procurent, & si aliquem interim ex designa-
tis mori contigerit, substituat Ordinarius
loci cum consilio Capituli alium in ejus lo-
cum usque ad futuram Provinciam, aut
Dioecesanam Synodum.

§. 6. Insuper Sanctitas sua, inharendo
hac in parte Decreto similis recor. Gregorii
Papæ XIII. etiam prædecessoris sui, statuit,
& ordinavit, ut Regulares, ac personæ hu-
jusmodi in Italia infra duos, extra Italiam
vero infra sex menses a die publicationis in
Urbe præsentis constitutionis inchoandos,
debeant sibi eligere, seu assumere Conserva-
tores juxta formam superius propositam.

§. 7. Ejusque electionis, seu assumptionis
documentum infra tempus hujusmodi
penes acta Curie Ordinariarum exhibere,
& dimittere teneantur, alioquin eo termino
elapso, quamdiu Conservatores secundum
formam præsentis Constitutionis non elegerint,
coram eisdem Ordinariis conveniantur.

§. 8. Quodque Conservatores hujusmodi
semel legitime deputati, nisi ex legitima
causa a Sede Apostolica, aut locorum Ordinar-
iis, prout iisdem Regularibus, & aliis
supradictis liberit, approbanda, durante
quinquennio a die deputationis amoveri,
aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

§. 9. Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram
ipsis Conservatoribus Regulares, ac
personæ superscriptæ conveniri quidem, aut
trahi debeant, sed alios conveniri, aut
trahere non possint, itaut nemorati Con-
servatores in causis, in quibus Regulares,
& alii actores fuerint, nullam prorsus ju-
risdictionem habeant, sed in iis tantum, in
quibus rei extiterint, neque extra Civitates,
seu Dioeceses, in quibus fuerint deputati,
contra quoscumque procedere præsumant.

§. 10. Si qua vero inter Judices Conser-
vatores hujusmodi, & locorum Ordinarios
controversia super competentia jurisdictionis
orta fuerit, nequaquam in causa procedatur,
donec per arbitros in forma juris electos
super jurisdictionis competentia fuerit
judicatum.

§. 11. Quod si qui Conservatores, sive
in hac parte, sive alias quomodolibet suos
limites excederint, per annum ab Officio
Conservatoris hujusmodi suspensi sint, &
pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam
excommunicationis incurrat, juxta
formam alterius Constitutionis ejusdem Boni-
facii prædecessoris, quæ incipit. *Hæc Con-*
stitutio; quam Sanctitas sua in omnibus,
que præsentis Constitutioni non adversatur,
innovavit, & innovat.

§. 12. Per hoc tamen non intendit Sanctitas
sua prohibere, quominus Regulares,
& alii supradicti in casibus a jure permittis
petant Judicem non suspectum a Principi-
bus, seu Magistratibus secularibus: dum
tamen hæc tria copulative concurrant, vide-
licet, ut Regulares, & alii prædicti sint
actores, non autem rei, utque agant contra
laicum, non autem contra ecclesiasticum,
vel aliâ jurisdictione seculari exemptum,

atque, ut causa, in qua Judex deputatur,
fuerit profana, non autem ecclesiastica, &
in ea juxta sacrorum Canonum dispositio-
nem laicus, ut præfertur, eligendus, Judex
competens existat.

§. 13. Quæ omnia, & singula in præ-
senti Constitutione contenta Sanctitas sua
voluit inviolabiliter observari, decernens
sic in iis, cæterisque omnibus præmissis per
quoscumque &c. etiam Sacri Palatii Apo-
stolici Auditores, necnon S. R. E. Cardina-
les, sublata &c. judicari &c. necnon irritum,
& inane &c.

§. 14. Non obstantibus constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, ac literis
conservatoriis, quas omnes ad formam præ-
senti Constitutionis reduxit in favorem
quorumcumque Ordinum tam Mendicanti-
um, quam non Mendicantium, Militiarum,
etiam S. Joannis Hierosolimitani,
Congregationum, Societatum, aut cujusvis
alterius Instituti etiam necessario exprimen-
di, Collegiorum, Capitulorum, & Ecclesi-
arum, Monasteriorum, ac priorum quorum-
cumque, tam secularium, quam regula-
rium locorum, necnon illorum, etiam ju-
ramento, confirmatione apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, & con-
suetudinibus, etiam immemorabilibus, pri-
vilegiis quoque etiam ex causa, & titulo
oneroso, indultis, & literis apostolicis,
etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut
alias nuncupatis, sub quibuscumque teno-
ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam
derogatoriarum derogatoriis, aliisque effi-
caciioribus, & insolitis clausulis, necnon
irritantibus, etiam Motu proprio, & ex
certa scientia, ac de apostolica potestatis
plenitudine, aut alias quomodolibet,
etiam per viam communicationis, seu ex-
tensionis concessis, & iteratis vicibus appro-
batis, & innovatis, etiam pro illorum
sufficiens derogatione de illis, eorumque
tenoribus, & formis specialis, & individua,
ac de verbo ad verbum, non autem per
clausulas generales idem importantes,
mentio, seu quævis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma servanda ef-
ficeret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad
verbum nihil penitus omisso, & forma in
illis tradita observata, inserti forent, præ-
sentibus pro expressis habens, quibus quoad
ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliâs
in suo robore permanentibus, hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogavit, cæ-
terisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Cæterum, ut præsentis Constitu-
tio facilius omnibus innotescat, Sanctitas
sua voluit, & mandavit, ut non solum in
Cancellaria Apostolica, sed etiam ad val-
vas Basilicæ Principis Apostolorum de Ur-
be, & in Acie Campi Floræ publicetur,
illiusque exempla in iisdem locis affixa di-
mittantur, ac in Quintero Cancellariæ in-
ter Constitutiones perpetuas describatur, &
adnotetur.

Placet publicetur, & describatur A.
Lectio, & publicata fuit supradicta Con-
stitutio in Cancellaria Apostolica ab altero ex
Rev.

Observan-
tiam præfer-
re cum Decretis
irritantibus.

Contrariis
quibuscumque
que plenius
derogat.

Hanc legem
in locis solis,
& in Cancellaria publica-
ri, & in illius
quintero de-
scribi mandat.

Papæ subscri-
ptio.

Publicatio in
Coll. die 20.
Sept. 1621.

Descriptio in
illis quinter-
no.

Publicatio in
Urbe die 20.
Septem. 1621.
P. A. I.

Dubium.

Responsio ad
Dubium.

Rev. PP. DD. Majoris Præsentis Abbrevia-
toribus, die vigesima mensis Septembris, Anno
Incarnationis Dominicæ Milleesimo sexcentis-
esimo vigesimo primo, Pontificatus vero præliba-
ti Sanctissimi Domini Nostri D. Gregorii Pa-
pæ Decimusquinti, Anno primo.

Et postmodum die, & anno supradictis
in Quintero ejusdem Cancellariæ inter alias
Constitutiones Apostolicas descripta, & ad-
notata fuit.

Nicolaus Ursinus Procustos -
In Dei Nomine Amen. Anno a Nativitate
Domini nostri Jesu Christi Milleesimo
sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quar-
ta, die vero vigesimo Septembris, Pontifica-
tus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini
Nostri Domini Gregorii Divina Providentia
Papæ Decimusquinti Pontificatus sui Anno
Primo retrospectiva Constitutio Apostolica
affixa, ac publicata fuit in Valvis Basilicæ
Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie
Campi Floræ, per me Augustinum Braccium
Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada Magister Curforum.
Sequitur quoddam Dubium super ista Con-
stitutione exortum, cum sua declara-
tione.

In Constitutione de Conservatoribus,
edita a sa. me. Gregorio Decimoquin-
to, ex sententia Sacræ Congregationis Con-
cilii, inter cætera statutum est, ut coram
Conservatoribus Regulares conveniri quid-
em, aut trahi debeant, sed alios conveniri,
aut trahere non possint, itaut memo-
rati Conservatores in causis, in quibus Re-
gulares, & alii actores fuerint, nullam
prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis
tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc, An per hæc verba su-
blata sit facultas, quam habent Conservato-
res defendendi Regulares, & alios a mani-
festis iniuriis, & violentiis, quæ illis de
facto inferuntur, dum a suis possessionibus
deiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui
impediuntur.

Sacræ Congregatio Cardinalium Con-
cilii Tridentini Interpretum censuit, ejus-
modi verbis minime sublatam fuisse facul-
tatem, quam habent Conservatores defend-
endi Regulares a manifestis iniuriis, ac
violentiis; dummodo observent formam
præscriptam a Constitutionibus Innocentii
Quarti, & Bonifacii Octavi relatis in cap.
1., & in fin. de offic. deleg. in 6.

C. Card. de Torres.
Prosper Fagnanus S. Cong. Secr.

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

X X X I V.

Ecclesiasticis Regni Siciliae permittitur, Ex Reg. in
nonnullas pecunias loco donativi Regi Secret. brev.
Philippo IV. offerant.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hi-
spaniarum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA XV.

Charissime in Christo fili noster salutem,
& Apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod
cum nuper dilecti filii tres homi-
num status, seu tria brachia, Ecclesiasticum,
Militare, & Demoniales nuncupata Regni
Siciliae ultra Pharum, cujus tu Rex existis,
quibusdam rationabilibus de causis, animos
eorum moventibus, de offerendo Tibi, ac
dilecto filio Nobili viro Francisco de Ca-
stro Duci Taurinensi ejusdem Regni Proregi,
certas pecuniarum summas, donativa nuncupat.
sub certis terminis, & modo, & for-
ma exigendas inter se tractaverint; Vener.
fratres Archiepiscopi, Episcopi, ac dilecti
filii Archimandrita, & alia personæ eccle-
siasticæ dicti Regni, certam ratam sponte
sua obtulerunt, & dare statuerunt in Par-
lamentis ordinariis habitis de Anno præsen-
ti, ipsique Archiepiscopi, Episcopi, & Ar-
chimandrita, ac alia ecclesiasticæ personæ
eorum ratam hujusmodi, accedente ad
hoc nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito,
perfolvere obtulerunt, & forsam etiam per-
folverunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem exposti-
tio subjungebatur, ex eo quod per Latera-
nense Concilium novissime celebratum,
diversaque alias canonicas sanctiones sub
certis censuris, & pœnis caveatur expresse,
ne Reges, Principes, & alii Potentatus ab
Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, &
aliis personis ecclesiasticis etiam sponte offe-
rentibus, aliquam pecuniarum summam,
sive subventionem recipiant, sed in iis
tantum, in quibus rei extiterint, sed in iis
tantum, in quibus rei extiterint.

§. 3. Nos hujusmodi supplicationibus
inclinati, oblationi, & forsam præstationi,
necnon solutioni per Archiepiscopos, Epi-
scopos, & Archimandritam, ac alias eccle-
siasticas personas factis pro hac vice tantum
nostram, & Sedis prædictæ auctoritatem,
interponimus per præsentem. Et nihilomi-
nus Archiepiscopis, Episcopis, & Archi-
mandrita, & aliis ecclesiasticis personis
prædictis, ut ratam hujusmodi per eos, ut
præfertur, oblatam, & promissam perfol-
vere, ac Majestas tua, & tui Ministri, di-
ctusque Franciscus Prorex eam petere, &
C c c a reci.

Ecclesiastici
Regni Siciliae
quasdam pec-
unias Regi
offerunt do-
nandas 6 Sedis
Ap. consensu
accesserit.

Philippus Rex
pro hujusmo-
di consensu
supplicat.

Præfat. Pon-
tificis.

Ac in huiusmodi subsidio pensionarios quoque vult comprehendit.

recipere absque conscientia scrupulo, seu censurarum, & poenarum praedictarum incurfu libere, & licite valeant, concedimus. & indulgemus ipsosque Archiepiscopos, Episcopos, & Archimandritam, ac alias personas ecclesiasticas, & earum singulas, quatenus ipsi dictam ratam iam promiserint, aut solverint, necnon eandem Majestatem tuam, & tuos Ministros, ac Franciscum Proregem praedictum, si eandem ratam iam perceperint, ab omnibus, & singulis censuris, & poenis propterea quomodolibet incurfis, eadem auctoritate absolvimus, & absolutos fore censemus, & declaramus.

§. 4. Decernentes, quod omnes, & singuli Pensionarii, seu ii, quibus loco pensionum fructus in totum, vel in partem reservati existant, cuiuscumque dignitatis, vel conditionis sint, exceptis tamen S. R. E. Cardinalibus, ad huiusmodi ratae solutionem in omnibus, & per omnia perinde, ac si nominatim ratam eandem se soluturos obtulissent, clausulis, & decretis in literis apostolicis reservationum pensionum, & fructuum huiusmodi, etiam consistorialiter appositis, etiam quod dictae pensiones ab omni decima, subsidio etiam charitativo, ac quovis alio onere tam ordinario, quam extraordinario quavis auctoritate etiam pro expeditione tam offensiva, quam defensiva contra Turcas, & alios Infideles, ac Reipublicae Christianae ab illorum conatibus defensione, seu inexcogitabili causa a Romano Pontifice pro tempore existente, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum instantiam, illarumque contemplatione, & intuitu, etiam motu proprio, & ex certa scientia impositis, & imponendis, aut aliis qualitercumque exemptae sint, nequaquam obviare, teneantur, & efficaciter obstruuntur, ipsique Archiepiscopi, Episcopi, Archimandrita, & aliae personae, quarum Ecclesiae, Monasteria, & alia Beneficia ecclesiastica annuis pensionibus auctoritate apostolica assignatis gravata, & onerata sunt, ratam pensionarium huiusmodi, seu eorum, quibus fructus huiusmodi sunt reservati, solvere, & illud, quod pro ipsis pensionariis, seu iis, quibus fructus huiusmodi sunt reservati, vere, & realiter, ac quacumque fictione cessante persolverint, sua propria auctoritate postmodum penes se retinere possint, nec propterea sententias, censuras, & poenas in eisdem pensionum reservationibus contentas incurrant.

Contrariae solent.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, exemptionibus, immunitatibus etiam in corpore Juris clausis, ac literis apostolicis quibuscumque generaliter, vel specialiter concessis, necnon literis Reservationum, pensionum, & fructuum huiusmodi, ac quibuscumque obligationibus etiam in forma

Camera, etiam cum iuramento, & censuris, & mandatis executivis susceptione, vel aliis desuper factis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, mentio, seu quavis alia expressio habenda sit, & in eis caveatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales, etiam mentionem specialem importantes, eis derogatum esse non censeatur, aut derogari non videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene observatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Ceterum volentes providere, ne pauperes ecclesiastici ad contributionem huiusmodi graventur, Franciscum Proregem praedictum hortamur attente, ac in virtute sanctae obedientiae illi mandamus, quatenus pauperes ecclesiasticos, qui in redditibus annuis nihil, aut parum etiam usque ad valorem decem unciarum, scuta 25. monetae illius Regni constituent, inclusive habent, ad contributionem praedictam per quocumque quavis auctoritate fungentes cogi, aut compelli nullo modo permittat.

Pauperes ecclesiasticos gravari vetat.

§. 7. Volentes quoque, quod exactio pecuniarum huiusmodi contra personas ecclesiasticas per personas etiam ecclesiasticas a dicta Majestate tua, seu dicto Francisco Prorege deputandas fieri debeat, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: quod si secus in aliquo praemissorum factum fuerit, qui contravenerint, in poenas, & censuras incurrant, perinde ac si praesentes literas non emanassent.

Pecuniaque per ecclesiasticos exigi debet.

§. 8. Praeterea volumus, praesentium Transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eandem pro sua fide in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia adhiberi, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Praesentiumque transumptis fidem adhiberi.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1621. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. die 23. Sept. 1621. An. I.

XXXV.

Praevia confirmatione Literarum Pauli Papae V. quibus Canonissis Ecclesiae S. Petri Oppidi Romaricomontis Nullius, seu Tullen. Dioecesis facultas conceditur Monasticam emittendi professionem, statuitur, ut Canonici, & Dignitates quas imposterum vacare contigerit, iis, quae professionem emiserit, conferantur.

Ex Regest. in Secret. Arec.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alias a sel. record. Paulo Papa V. praedecessore nostro emanarunt litte-

Pauli PP. V. literae.

literae tenoris subsequenti videlicet. Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus, dum coram dilectis filiis nostris Joanne Garzia Sanctorum Quatuor Coronatorum Millino, Marcello Sancti Alexii Senen., ac Horatio S. Salvatoris in Lauro titularum S. R. E. Presbyteris Cardinalibus Lancellotto nuncupatis a Nobis deputatis super statu, & qualitate Ecclesiae Sancti Petri Oppidi Romaricomontis nullius, seu Tullen. Dioecesis, quae Nobis, & Apostolicae Sedi immediate subiecta existit, & cuius, ut asseritur, Abbatissa dumtaxat Ordinem Sancti Benedicti profiteri consuevit, discutitur, interim contingere possit, ut aliqua dictae Ecclesiae Canonissa pro Religionis zelo professionem huiusmodi etiam emittere cupiant: Propterea Nos, laudabili illarum desiderio, quantum cum Domino possumus, promovere cupimus, easdem Canonissas specialibus favoribus prosequi volentes, & earum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ex voto dilectorum filiorum nostrorum Joannis Garzia SS. Quatuor Coronatorum Millini, Fabricii Sancti Augustini Veralli, ac Francisci Sancti Matthaei in Merulana titularum Presbyterorum Cardinalium Sacrae nuncupatorum, praedictas literas, & omnia, & singula in illis contenta approbantes, illisque in sua firmitate, & robore remanentibus, ut de cetero quotiescumque Abbatissatum, Decanatum, Sacristiam, Celerariam, Eleemosynariam, ac Thesaurariam dictae Ecclesiae, aut illarum aliquam percessum, vel decessum, aut alias quomodolibet vacare contigerit, si tunc aliqua, seu aliqua Canonissa ejusdem Ecclesiae juxta dictarum literarum formam, Ordinem praedictum professae, & quibus aliquod canonicum non obtulerit impedimentum, reperiuntur, Dignitates praedictae, ut supra vacantes, nulli alteri, quam Canonissis Ordinem huiusmodi professis per Nos, aut successores Nostros Romanos Pontifices, nec non quoscumque alios Collatores conferri valeant, aut de illis sic vacantibus provideri possit, & aliter facta de illis, aut illarum aliqua electiones, provisiones, & dispositiones nullius sint roboris, vel momenti, apostolica auctoritate, tenore praesentium, decernimus, & declaramus.

§. 2. Nos autem, qui pium Canonissarum dictae Ecclesiae desiderium, quantum cum Domino possumus, promovere cupimus, easdem Canonissas specialibus favoribus prosequi volentes, & earum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ex voto dilectorum filiorum nostrorum Joannis Garzia SS. Quatuor Coronatorum Millini, Fabricii Sancti Augustini Veralli, ac Francisci Sancti Matthaei in Merulana titularum Presbyterorum Cardinalium Sacrae nuncupatorum, praedictas literas, & omnia, & singula in illis contenta approbantes, illisque in sua firmitate, & robore remanentibus, ut de cetero quotiescumque Abbatissatum, Decanatum, Sacristiam, Celerariam, Eleemosynariam, ac Thesaurariam dictae Ecclesiae, aut illarum aliquam percessum, vel decessum, aut alias quomodolibet vacare contigerit, si tunc aliqua, seu aliqua Canonissa ejusdem Ecclesiae juxta dictarum literarum formam, Ordinem praedictum professae, & quibus aliquod canonicum non obtulerit impedimentum, reperiuntur, Dignitates praedictae, ut supra vacantes, nulli alteri, quam Canonissis Ordinem huiusmodi professis per Nos, aut successores Nostros Romanos Pontifices, nec non quoscumque alios Collatores conferri valeant, aut de illis sic vacantibus provideri possit, & aliter facta de illis, aut illarum aliqua electiones, provisiones, & dispositiones nullius sint roboris, vel momenti, apostolica auctoritate, tenore praesentium, decernimus, & declaramus.

Confirmatis huiusmodi literis, Gregorius decernit, Canonissas aliasque dignitates vacaturas iis, quae professionem emiserint, esse conferendas.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quae dictus Paulus praedecessor in suis literis praedictis voluit non obstrare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantia tollit.

§. 4. Per praesentes autem non intendimus statum dictae Ecclesiae in aliquo approbare.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die ultima Septembris 1621. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. die 30. Septem. 1621. An. I.